



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,  
tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Qvid sit, & ex qua Confessione oriatur Sigillum, Cap. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

# LIBER V.

DE

## SIGILLO CONFESS.

### CAPUT I.

*Quid sit, & ex qua Confessio  
origitur Sigillum.*

**S**igillum, de quo hic agimus,  
est obligatio, a qua quis ob-  
ligatur, rem in Confes-  
sione Sacramentali audi-  
tam alto silentio prorsus obvol-  
vere, & quasi Sigillo munitam  
habere. Differt à secreto natu-  
rali præseptim in eo, quod in hoc  
nonnulli se offerunt casus, in  
quibus ipsum negligi potest, im-  
mo & deber, ac in Sigillo con-  
fessionis nullus omnino hujus-  
modi casus agnosci potest.

¶ Dixi (in confessione Sacrae

a Vasq.

Henriq.

Coninch.

mox cib.

V 3

meo.

390 *Liber 4 Cap 3 §.4.*

mentali) ex ea enim, & sola ian-  
ducitur hæc obligatio; idque ei-

jure b. positivo Christi, qui me-

b. *Vasq de*  
*pœn. q. 93* ritò in eo Tribunali, allata at-  
*ar. 4. du. 1* Etissimo Silentio premenda vo-  
*n. 10.* luit, ne odiosa redderetur Con-  
*Henr. 1.6* fessio, neve Fideles ab illa trans-  
*c. 19 n. 3.* versum, ut ajunt, unguem retar-  
*Coninc. de* darentur,

*pœn. d. 9.* 3 Fiet autem odiosa, etiam  
*du. 2 n. 34* quando, velut indeterminatè, ea

Pœnitentem offenderet: offend-  
eret autem, si in aliquo tandem  
casu possent audita in Confes-  
sione proferri; licet enim his  
casus ad pœnitentem tunc forte-  
non spectaret, tamen timor  
quod aliquando ad ipsum perti-  
neret, meritò eumdem à confes-  
sione revocaret.

4 Ex dictis habes, si quis ali-  
cui extra confessionem, & sine  
ordine ad illam, sua peccata na-  
ret, suavè occulta negotia sub-  
Sigilli confessionis pacto com-  
municet; tametsi ex utraq; parte  
admit-

admittatur conventio: habes, in-  
quam, non teneri ad Sigillū, sed  
ad secretum naturale dumtaxat.  
Idem erit si confessionem insti-  
tuas coram Sacerdote, à quo scis,  
te absolvī non posse, sive quia iuris-  
dictione careat, sive quia ti-  
bi voluntas deest suscipiendi Sa-  
cramentum pœnitentiæ, sed vel  
loquendi, vel convitiandi Con-  
fessarium, vel eumdem excitan-  
di ad aliquid crimen, vel agendi  
quid simile. Ratio horum est il-  
la, quia in hisce casibus res in  
confessione sacramentali exce-  
pta nequaquam est.

¶ Contra, adest obligatio Si-  
gilli quotiescumque confitetur  
quis sub spe dolorem, pro ut  
oportet, concipiendi, licet con-  
fessionis initio fortasse eo fuerit  
animo destitutus: & in univer-  
sum, quoties quis, sive validè, si-  
ve invalidè, clavibus Ecclesiæ se  
subjicit, animo Sacramentū sus-  
cipiendi. Ratio est, quia ex ea

Y 4 volun-

voluntate, qua aliquo tandem modo intenditur absolutio sacramentalis, sit, ut cognitio ratione illius conquisita, non nisi ex vi Sacramenti conquisita generaliteratur.

## C A P V T II.

*Quanta sit obligatio Sigilli.*

1 **T**anta est, ut in nullo prorsus casu, etiam ob suam Confessoris et justam defensionem, etiam ob quodcumque pœnitentis bonum, nisi ex ejusdem pœnitentis (utpote in cuius favorem inducta est) expresso, liberoque consensu, violari possit,

2 Violatur autem absque dubio si de auditis in confessione Confessor sermonem misceat cum altero à pœnitente; nam si de iisdem, cum eodem pœnitente colloquatur; dicam

a De Lug.  
de pœn.  
p. 23 sec 5.  
n. 15.